

se siebat, Exodi 5, 5: *Transiens videbam visionem hanc magnam. Atque ut videamus magnos viros, Ecclesia praeceptorum, eodem spiritu afflatis, eamdem vitam temuisse, idem mortales monuisse.* D. Basilius in Psal. 14 proprium esse boni viri dixit *propter te, more hospitis vitam hanc transire;* et ea causa vivendi curriculum a prestantissimis veteris avi luminibus nominari *incolatum,* hoc est, *διατρέπεται πάσας, habituationem temporarium, ut intelligamus, inquit, vitam nostram esse παρόδιαν, transitoriam, brevem, mutabilem, et peregrinorum jactacionem,* atque ad constantem illam et aeternam tendere omnes opteret.

Vers. 21. — *SIVE NOBILES FUERINT FILII EIUS SIVE IGNOBILES, NON INTELLIGIT.* (1). Hebreus texus habet: *Multi sunt filii ejus, et nescit; minuantur, et non intelligit de his.* Graecus quoque hunc sensum secundum sunt, quem Septuaginta exprimit his verbis: *Cum autem multi fuerint filii ejus nescit; si vero pauci fuerint ignorat.* Nam in mortuus nullus rei notitia vel scientia est; quocirca seculorum terra oblivious vocatur, quod in eo rerum omnium oblivious, ut veteres de Lethes fluvii aqua fabulantur, Virg. 6. Eneid:

*Lethoi ad flumina nudam  
Securos et longe oblitia potant.*

Sensus Jobi est, ea quae ad presentem vitam pertinet, quantumvis chara et amabilis, qualis est preles longaque posteritas, a mortuis minimè curari aut scrii, cum tamen est contrario dum vivunt nequeant non curare quae dolorem ingerunt, et statim ærumnose vite deflere, quasi dicat, optabiliorem esse ex hoc capite mortem, qua curia exmit hominem, quem calamitas haec vita multiplici sollicitudine discutiat.

Porr̄ illud: *Non intelligit,* de naturali cognitione accipiendo. Nam, iuxta S. Thomam, part. 1, quest. 89, art. 8, anima separata secundum naturalem cognitionem nesciunt que in hac vita geruntur; possunt tamen curere gerere, sentire, licet coram statum

(1) Selicet homo mortuus. Sed nihil aliud significatur, quam mortuos naturaliter non cognoscere, quid agant vivi, scit nec vivi sciunt naturaliter quid agunt mortui. Vide Greg., lib. 12 Mor., c. 15, locum hunc de venerabili libidine expouit, quae tantò plus molestia facsiet et doloris afferat, quanto quis illi magis indulget. Alia enim pleraque peccatorum genera citati satiant, atque ipsi usu hominem a se avertunt, sed libido usi ipso irritavit, et majores ex seipsa vires capit; quamobrem caro ejus qui deditus est libidini, dum vivit, id est, dum petulantiam exercet, ac libidine defuit, dolebit, id est, majores stimulos patiunt in dies, et quoniam hi majores tribulationes ex carne suscipiunt qui carnis voluptatibus delectantur, inquit S. Gregorius, qui id ipsum confirmat Apostoli autoritate dicentes, 1 Cor. 7, 27: *Tribulationem tamen carnis, habebunt ejusmodi.* Ubi expende quibus tribulationem carnis accinat, nempe his qui matrimonium contrinxerunt; quia licet hi qui spiritualiter vivunt, et castiōnem professi sunt, etiam carnis stimulos vel inviti patientur, majori tamen pruriunt ictu illi qui veneri indulgent et feminarum commercio uituntur.

ignorant, possunt quoque quae hic aguntur nosse per animas eos migrantes, per angelos, per demones, et per Dei ipsius revelationem. Quocirca mens Jobi de propriis animæ viribus accipienda, per quas vitæ functus minimè intelligit, neque curat, eo scilicet modo quo res distinctè cognite in hac vita curari solent, ut status discernim exposici. Quod verò hecatorum animæ in celis existentes ea que hic geruntur, agnoscent, id gratia diuina ascribendum est.

Vers. 22. — *ATTAMEN CARO EIUS DUM VIVET BOLEBIT, ET ANIMA ILLIUS SUPER SEMETIPSO LUGENT.* (1). Anima enim quoniam in hoc corpore vivit mulius passionibus et angoribus obnoxia est, ita ut huic vita misera merito preferenda videatur mors a passionibus libera et quieta. Nam ut externa omnia incommoda deessent, quod fieri tamen vix posse videtur, non decurrunt certè intestina et veluti domi natu, in quibus vita sicut et multiplicum incommodorum quilibet excludat cum sanctissimo Jobo, Job. 7, 20: *Factus sum mihi metus paucis.* Sunt enim inter homines rarissimi, qui non nisi que evniunt quotidie graviter animo afficiantur, qui praesentibus non doleant, metu futuri non angantur; quos melancholia et animi perturbationes non affligant, qui dictis factisque alienis non turbentur, qui non corporis aliquam infirmitatem sentiant, que punant, et indigere curatione videantur.

Caterinus S. Gregorius, lib. 12 Moral., c. 15, locum hunc de venerabili libidine expouit, quae tantò plus molestia facsiet et doloris afferat, quanto quis illi magis indulget. Alia enim pleraque peccatorum genera citati satiant, atque ipsi usu hominem a se avertunt, sed libido usi ipso irritavit, et majores ex seipsa vires capit; quamobrem caro ejus qui deditus est libidini, dum vivit, id est, dum petulantiam exercet, ac libidine defuit, dolebit, id est, majores stimulos patiunt in dies, et quoniam hi majores tribulationes ex carne suscipiunt qui carnis voluptatibus delectantur, inquit S. Gregorius, qui id ipsum confirmat Apostoli autoritate dicentes, 1 Cor. 7, 27: *Tribulationem tamen carnis, habebunt ejusmodi.* Ubi expende quibus tribulationem carnis accinat, nempe his qui matrimonium contrinxerunt; quia licet hi qui spiritualiter vivunt, et castiōnem professi sunt, etiam carnis stimulos vel inviti patientur, majori tamen pruriunt ictu illi qui veneri indulgent et feminarum commercio uituntur.

(1) Hominis in hac vita hereditas omnino in morte et quietibus est; post dececum, in oblitione et saepe. De suo post morteme statu agit versiculus 19, 20 et 21, hic verò docet hominem quamdiu vivit, in carne cruciari, animam verò merore contabescere. Ita sermones Jobus claudit. (Calmet.)

## CAPUT XV.

1. Respondens autem Eliphaz Themanites, dixit:

2. Numquid sapiens respondebit quasi inventum loquens, et implebit ardore stomachum suum?

## CHAPITRE XV.

1. Aprés cela, Eliphaz de Théman répondit à Job, et lui dit:

2. La sage doit-il dans ses réponses parler comme en l'air, et remplir son cœur d'une chaleur inconsidérée? c'est cependant ce que vous faites.

3. Car vous accusiez dans vos discours ceux qui sont éminemment au-dessus de vous, et qui n'a point d'égal, et vous parlez d'une manière qui ne peut vous être que très-dé-

3. Arguis verbis eum qui non est aequalis tibi, et loqueris quod tibi non expediat.

4. Quantum in te est, evanescisti timorem, et tulisti preces coram Deo.

5. Docuit enim iniquitas tua os tuum et imitaris lingua blasphemantium.

6. Condemnabit te os tuum, et non ego: et labia tua respondebunt tibi.

7. Numquid primus homo tu natus es, et ante colles formatus?

8. Numquid consilium Dei audisti, et inferior te erit ejus sapientia?

9. Quid nosti quod ignoremus? quid intelligis quod nesciamus?

10. Et senes et antiqui sunt in nobis, multo vetustiores quam patres tui.

11. Numquid grande est ut consolatore te Deus? sed verba tua prava hoc prohibent.

12. Quid te elevat cor tuum, et quasi magna cogitans, attonitos habes oculos?

13. Quid tumet contra Deum spiritus tuis, ut proferas de ore tuo injuscemodi sermones?

14. Quid est homo, ut immaculatus sit, et ut justus apparcat natus de muliere?

15. Ecce inter sanctos ejus nemo immutabilis, et cœli non sunt mundi in prospectu ejus.

16. Quantò magis abominabilis et inutilis homo, qui bibit quasi agnum iniquitatem!

17. Ostendam tibi, audi me: quod vidi narrabo tibi.

18. Sapientes confitentur, et non abscondent patres suos.

19. Quibus solis data est terra, et non transiit alienus per eos.

20. Cunetis diebus suis impius superbit, et numerus annorum inquietus est tyrannidis ejus.

21. Sonitus terroris semper in auribus illius; et cum pax sit, illi semper insidias suspicatur.

22. Non credit quod reveri possit de tenbris ad lucem, circumscœctans undione gladium.

23. Cum se moverit ad quærendum panem, novit quod paratus sit in manu ejus tenebrarum.

24. Terribit eum tribulatio, et angustia vallabit eum, sicut regem qui preparatur ad prælium.

25. Tetendit enim adversus Deum manum suam, et contra Omnipotentem roboratus est.

26. Cucurrit adversus eum erecto collo; et pingui cervice armatus est.

27. Operat faciem ejus crassitudo, et de lateribus ejus arvina dependet.

avantageus; puisque vous sentez que Dieu afflige également le juste et le coupable.

4. Or, en faisant cet outrage à sa Providence et à sa justice, vous avez détruit, autant qu'il est en votre pouvoir, tout ce que Dieu, si vous aviez banni de dessus la terre toutes les prières qu'on devait lui offrir.

5. Vous nous êtes porté à cet excès de folie, parce que votre iniquité a instruit votre bouche; et ainsi vous insultez les discours des blasphémateurs.

6. De sorte que ce seront vos propres paroles qui vous condamneront, et non pas moi; et ce seront vos lèvres qui répondront, et qui rendront témoignage contre vous.

7. Êtes-vous le premier homme qui a été créé, pour vous croire plus habile que tous les autres? et avez-vous été élevé avec des hommes, pour vous attribuer une expérience que les autres n'ont pas?

8. Êtes-vous entré dans le conseil de Dieu, pour en perdre la sagesse? et sa sagesse sera-t-elle inférieure à la vôtre?

9. Que savez-vous que nous ignorons? et quelle lumière avez-vous que nous n'avons pas?

10. Il y a parmi nous des hommes vénérables par leur grand âge et par leurs extrêmes vieillesse, et il y en a de plus anciens que vos pères. Comment donc osez-vous élancer des paroles si vaines, si absurdes, et si dénuées d'esprit dans nos mœurs, comme elles étaient sans remords?

11. Serait-il difficile à Dieu de vous conseiller, si vous l'en priez comme il faut? Mais bien loin de cela, vous l'en empêchez par l'empertement de vos paroles, et au lieu de vous humilier sous la main de celui qui vous châtie, et de confesser humblement vos péchés, vous ne pensez qu'à soutenir votre innocence, et à défendre votre prétendue justice aux déprêts mêmes de celle de Dieu.

12. Où est la sagesse qui enseigne que je devrais dégoûter l'orgueil de mes pensées? et pourquoi l'orgueil de vos yeux dégoûte-t-il l'orgueil de vos pensées?

13. Pourquoi votre esprit s'effile-t-il contre Dieu, jusqu'à proférer de si étranges discours?

14. Où est ce que l'homme, pour être sans tache devant Dieu, et pour paraître juste, étant né d'une femme érimeille, qui, en lui communiquant la vie, lui a communiqué le péché?

15. Si saints mêmes sont sujets au changement, et les angles gardiens des temples ne sont pas meilleurs devant Dieu.

16. Combien plus l'homme, qui boit l'ambroisie d'anneau l'œil, et qui tombe en une infinité de fautes sans même s'en apercevoir, est-il shamblant et inutile devant lui!

17. Écoutez-moi donc; et je vous dirai ce que je pense, je vous rapporterai ce que j'ai vu;

18. Car les sages publient volontiers ce qu'ils savent, et ils ne cachent point ce qu'ils ont reçu de leurs pères.

19. Ceux de qui je tiens ce que je veux vous dire sont ceux à qui seul cette terre a été donnée, et qui l'ont défrichée des courses des étrangers.

20. Voici donc ce que ces hommes si sages et si puissants m'ont appris: L'impie croit en orgueil de jour en jour; et le résultat des actes de sa vie est que, estстерри, pour servir lui une autre gloire que celle que le Instrumentum crucis auro.

21. Car son orgueil est toujours frappé des bruits effrayants qu'il croit entendre au milieu du plus profond silence; et durant la plus grande paix, il se figure qu'on forme contre lui de mauvais dessins.

22. Quant à il est dans la nuit, il n'espère plus le retour de la lumière, il ne voit, en somme, de tous côtés que des épées nues prêtes à le percer.

23. Lorsqu'il est renoué pour chasser du pain, et qu'il se doit à soi pour prendre quelques nourritures, il s'empêche de les prendre, et se sent affreusement faible; et il croit près d'être accablé par le tour des ténèbres, et de trouver la mort dans les choses mêmes qui lui sont nécessaires pour la conservation de sa vie.

24. Enfin la sue de l'adversité l'épouvanter au milieu de sa prospérité; et les malheurs qu'il se figure l'assiègent et le troublent, comme un roi qui se prépare à donner une bataille, et qui voit sa vie et sa couronne entre les mains de la fortune et de ses adversaires.

25. Où est ce que ses iniquités agissent l'impie, parce qu'il a porté sa main contre Dieu, et qu'il s'est era asses fort pour combattre le Tout-Puissant.

26. Ainsi il a couru contre la tête levée, il s'est armé d'un orgueil inflexible, comme d'un bouclier épais.

27. La graisse d'une fumée proprie à couvrir tout son visage, et elle lui pend de tous côtés; elle le remplit d'orgueil et de vanité.

28. Aussi pour le plaisir, Dieu a appesant sa main sur lui; de sorte qu'il a fait sa demeure dans des villes désolées par ses ennemis, dans des maisons désertes qui ne sont plus que des monteaux de pierre.

28. Habitavit in civitatibus desolatis, et in domibus desertis, que in tumulos sunt redactae.  
29. Non ditabatur, nec perseverabat substantia ejus, nec mittet in terrā radicem suam.  
30. Non recedet de tenebris; ramos ejus arefacti flamma, et auferentur spiritu ori sui.  
31. Non credit frustra errore deceptus, quod aliquo pretio redimendus sit.

32. Antequam dies ejus impleantur, peribit, et manus ejus arescent.

33. Lædetur quasi vinea in primo flore botrus ejus, et quasi oliva projiciens florem suum.

34. Congregatio enim hypocrite sterilis, et ignis devorat tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt.

35. Concepit dolorem, et peperit iniquitatem, et uterus ejus preparat dolos.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — RESPONDENS AUTEM ELIPHAZ THEMANTES DIXIT (1) :— VERS. 2.— NUMQUAM SAPIENS RESPONDEBIT QUASI IN VENTUM LOQUENTIS, ET IMPLIBET ARDORE STOMACHUM SUUM? NOTANDUM HIC CUM BOLDUCIO, rationem et seriem in hac disputacione servatam esse perquam accuratam non solum circa subiectum et dicendi materia, sed etiam quoad disputantes. Materie quidem ratio habetur et ordo in hoc, quod sicut Job in principio ultima responsioni, que a capite duodecimo coepit, per quatuor primos versus, Sopharem et socios ignorantes ac popularis doctrinae nec non malitiae reprehenderat, et quod ab eis solitus haberetur, quia ad Deum sermonem suum lamentationemque converterat, ita nunc Eliphaz ab eodem capite respondendi dicit exordium Jobi ignorantiam elevando, quasi nihil aliusquis ponderis illiusse momenti attulerit. Decursum vero atque inter disputantes hic ordo servatur, ut uno loquente ceteri taceant, et alter alteri vicissim tempus concedat discendi.

Horum porr̄ triū amicorum cum Jobo disputations tres fuerunt veluti sessions, quarum prima incipit a capite quarto usque ad hoc quintudēcimum; secunda vero à quindecimo usque ad vigesimum secundum; terciā denique à vigesimo secundo usque ad trigesimum primum inclusivā, in cuius fine dicitur: *Finita sunt verba Jobi, ut notum sit sibi disputacionem cum amicis terminari: nam statim incipit caput trigesimum secundum hoc modo: Omiserunt autem tres viri isti respondere Jobi, etc.* In unāque autem harum sessionum talis ordo ubique servatur, ut Eliphaz primus, Baldas secundus, Sophar tertius loquatur, et quilibet pro suis sociis velut in solidum respondeat, ut modò patet. Sopharis enim

(1) Qui primus in eum surroxit, et ordine ad se reverso denuò in ipsum fertur, et priorem crambam reponit, Jobum impium esse, etc. Illic magis corticem verborum Jobi opugnat quam profunditatem sententiarum, dum in verbis ejus insistit. (Synopsis.)

29. Ainsi il ne s'enrichira point de ses violences; ou s'il s'enrichit, son bien se dissipera en peu de temps, et il ne posserra point de racine sur la terre.  
30. Il ne sortira point des ténèbres qui l'environnent. S'il éteint ses branches, la flamme de la colère de Dieu les brûlera, un seul souffle de sa bouche l'emportera.  
31. Et pour comble de malheur, il ne croira point, dans la vaine erreur qui le possède, qu'il puisse être racheté d'aucun prix.  
32. Ainsi le désespoir l'empêchera de recourir à Dieu, et de chercher dans l'humiliation de la pénitence un remède accomplis; et ses mains, qui ont refusé de s'ouvrir pour racheter ses péchés par ses amonêches, se décharneront avec le temps.  
33. Si sera flétrî comme la vigne tendre qui est battue par la greve, lorsqu'elle ne commençait qu'à fleurir, et comme l'olivier qui laisse tomber sa fleur, sans laisser l'espérance de produire aucun fruit. Tel sera le sort de l'hypocrate.  
34. Car tout ce qu'émassera l'hypocrate sera sans fruit; et le feu dévorerà les maisons de ceux qui aiment à recevoir des présents, et qui cendent la justice.  
35. Il conçoit la douleur, est hypocrite, en concevant de mauvaise dessins; et il enfante l'iniquité, en les exécutant; son cœur s'occupe sans cause à inventer de nouveaux plans, pour autres que lui. Mais enfin ses ruses se tournent contre leur auteur, par un juste jugement de Dieu, le perdant sans ressource.

## COMMENTARIUM.

defensionem contra Jobum manifestè assumit Eliphaz eum quādam acrimoniam dicens: *Numquid sapiens, qualis esse et videri vis, respondet quasi in ventum loquens?* id est, propter quod rotundus vana et impertinentia respondit: *Idem cum ardore seu ira stomachi, id est, mentis et animi sui?* Sicut enim stomachus cibum concepit dixerit, ita membra rationesque excoquat, ponderat et designat. Objecit superius Job, cap. 6, vers. 28, amicos suis, quod in ventum verba proferrent. Quo dicto, uti appareat, vehementer offensus Eliphaz, tanquam gravem injuriam digestu difficilem, quam concouere nondum potuerat, isdem planis verbis in Jobum regerit ac retorquet. Est autem locutio proverbialis ducta metaphorâ à tūtīvīs, flocis, glumis et similibus, que, quod nullus ponderis sint, à vento auferuntur. Sic ergo capendum est adagium hoc: *In ventum loqui, ut idem sit quod vaga, frivola, inutilia, otiosa proferre, quæ ut aërea, irrita et inania à ventis rapiantur, et instar levium rerum nulliusque frugis iruntur.* Eodem sensu apud Jeromiam, 5, 15: *Propheta fuerunt in ventum locati.* Tale est et illud Filius 1 Cor. 4, 9: *Eritis enim in aera loquentes;* et Plautinum: *Austrum, perculi;* et Graecum: *Ἄνεμος λαζάρι, littori loqueris;* et apud Suidam: *Ἄνεμος διάστημα, vento raticinari.* Claudio, mandare noti fabris dixi de Bellō Gildonico, pro mandare oblivionem; Plautus, *fabulari vento;* Virgilus, lib. 9, *Æneidos:*

*Multa patri portanda dabat mandata; sed aere  
Omnia discerpunt, et mobiliis trita donant.*

Et libro 6:

*..... Folitis tantum ne carmina manda,  
Ne turbata violent rapidis tulidibia ventis.*

Et libro 11:

*Audit, et voti Phœbus succedere partem  
Mente dedit, partem volutes dispersit in auras.*

Sanè ventosa vulgo dicuntur verba sonantia atque inmoderantis inflata, in quibus nihil est ponderis, nihil sensus, que strepitu terrent, non tamen fe-

riunt, et ventosa lingua, que grandia prædicat, fallacibus tantum inflata verbis, et manifeste consuta mendacis. Sic ventosam Drancis lingua appellavit Turnus, qui cum timido et imbelli animo esset, grandia tamē de bello resonabat, de quo Virgilus, lib. 11 :

*..... An tibi Mavors  
Ventos in lingua pedibus fugacibus istis  
Semper erit?.....*

Eadem S. Augustinus, tom. 1, lib. 5, cap. 7, contra Academicos habet, ubi ait, inania quedam et ventosa verba collegisse Tullium, quo à Graecorum levitate non abhorret, qui sibi prima queque atque amplissima arrogant. His ergo verbis Eliphaz insipientem appellat Jobum, cuius oratio nullum habeat usum, nisi ut aerem verberet, et ab illo in omnem partem dissipatis evanescat. Quod autem addit :

Et IMPLEBIT ARDORE STOMACHUM SUUM; aliud Jobe peccatum objicit, quod in sapientem cadere non putat, quia excandescit cum arguitur, et altercant secum aut admonent cum stomacho et indignatione respondet. Que sanè sententia verissima est, et Spiritus sancti oraculo confirmata; sic enim monet Sapient. Prov. 9, 7: *Qui erudit derisor ipse injuriam sibi facit;* et qui arguit impium, sibi maculam generat. Noli arguere derisorem, ne oderit te: argue sapientem et diligit te; verissima, inquam, est hæc sententia, minis tamen ad rem facit, quia in mores et orationem Jobi nullo modo cadit. Ceterum ardore stomachum implore, nihil est aliud quam furor animo concipere, et intus astare, idque aere ac cupere, ac arboratis virus in molestum hominem aut in monitore parum opportunum erupunt. Stomachus autem, sicut etiam venter, in Scripturā sacrā pro corde aut etiam animo sumitur. Quare, dum astare aut ardore dicuntur stomachus, nihil dicunt aliud quam animum furor aut furorem in animo inflammari. Ita Sanctus noster. Pro verbo autem, *ardore,* in Hebreo legitur οὐ πάθει, kadm, hoc est, eurus, qui est ventus ab ortu flans, rapidos, præcepis, indomitus, adeoque calidus, ut in nominalis regionibus quasi halitus flameo fructus adulat; quoicunque significanter admidam ac interpretate vulgariter: *Άνεμος καρπός, littori loqueris;* et apud Suidam: *Άνεμος διάστημα, vento raticinari.* Claudio, mandare noti fabris dixi de Bellō Gildonico, pro mandare oblivionem; Plautus, *fabulari vento;* Virgilus, lib. 9, *Æneidos:*

*Multa patri portanda dabat mandata; sed aere  
Omnia discerpunt, et mobiliis trita donant.*

Et libro 6:

*..... Folitis tantum ne carmina manda,  
Ne turbata violent rapidis tulidibia ventis.*

Et libro 11:

*Audit, et voti Phœbus succedere partem  
Mente dedit, partem volutes dispersit in auras.*

Sanè ventosa vulgo dicuntur verba sonantia atque inmoderantis inflata, in quibus nihil est ponderis, nihil sensus, que strepitu terrent, non tamen fe-

re, quasi minus æquus fuerit, et poenas ab insonibus exigat indebitas, id verò etiam impietatis est, et violare religionis exercandum faciens, quod nullo modo homini potest esse ex usu. Verum, cum Eliphaz Jobi mente minimè assereretur, quæ longe ab impietate atque insolentiâ aberat, in eam partem accipiebat, ut nihil sanum ac pius in Jobi cogitationibus ac verbis agnosceret. Accidebat præterea demonis in Jobum inflammata rabies, quæ avidissim credulis tribus hisce viris audacem esse Jobum et impium, dignissime quem verborum acerbitate compungent. Quod ergo Job simpliciter et omni cum humilitate coram Deo, ut ab eo scire posset quam ob causam sit affligeretur, protulit, hoc in malam partem Eliphaz et socii interpretantur, quemadmodum ex eo quod subjungit manifestum est :

VERS. 4. — QUANTUM IN TE EST EVACUASTI TIMOREM, ET TULISTI PRECES CORAM DEO (1). Non modò significat Jobum abjecisse Dei reverentiam, et suas abstulisse preces, verum etiam pro virili sub exemplo illo egisse, ut ex aliorum animis omnis Dei cultus et pietas excederet, quia scilicet (ut Eliphaz quidem interpretaretur) Job non orabat Deum, sed audacter cum eo discepbat, quis qui innocentes opprimeret; unde consequenter ait Jobum tollere plam et justam Dei providentiam, et per consequens ejus timorem, cultum et preces. Objecit hoc Iosephus Eliphaz Jobo sane gravissimum incommodum, sed quod minimè consenserat ex iis que Job affirmaverat. Non enim tollit timorem in qui conscientia timoris ac pietatis maxime, quæ Deum coluerat, suam causam apud eum dicere non dubitat; neque preces abiecit, qui conscientia benè acta vitæ, cum quæ preces, ut honeste sint, debent esse conjuncte, fiduciam ad Deum habet. Maximum enim adjumentum est corroboranda nostræ sp̄i atque excitanda bona conscientia. Quare sacra Litteræ fundamentum quoddam solidum fiducie nostræ in sceleris vacuitate innocentiaque repudiat. Disertè charus De Joannes monet, 1 Epist. 5, 10: *Si cor nostrum non reprehendit nos, fiduciam habemus ad Deum.* Si tua placidaque est conscientia, si nulla syntesis immuratur, si mens in recessus et latibra animi contuens nihil videat quod divina legi voluntati repugnet, oritur illa dulcis et jucunda fiducia propria filiorum Dei, et tristibus in rebus atque deploratis vadiimus ad bonum et amanissimum genitorem, et depresso animum et ægrum attonitum certa sp̄e opis et humanitatis. Ceterum Eliphaz sinistrâ semel de Jobo concepta opinione, quidquid ipse bone conscientie testimonio fretus

(1) EVACUASTI TIMOREM, id est, pessimas ac perdis timorem Dei, et subtrahis preces que funduntur coram Deo in rebus adversis; ac si fecit: Tu videris Deum non timere, nec velle cum humili prece in afflictionibus implorare. Tu videris tollere Dei providentiam, quæ sublatâ, quis illum timebit et in afflictione deprecabitur? Tu non revereris tremendam Dei majestatem, fronte perfida cum eo expostulans de tuis ærumnis; officiale, ut alii dicant insulcere et adversus Deum obloqui. (Vatabulus.)

summā cum fiduciā in tantis doloribus apud Deum querebatur, sinistram omnino in partem interpretabatur, idēquā acerbissimis ipsum verbis excipere porrō pergit.

VERS. 5. — *DUCIT ENIM INQUITAS TUAS TEUM, ET IMITARIS LINGUAM BLASPHEMANTIAM.* Inquitas autem dicimus docuisse, hoc est, instruxisse os, ut conceperas blasphemias horrendis verbis deproferent, quasi nequeras eas proferre nisi sub pessimo illo interna impietatis magisterio. Possunt etiam Eliphazi verba duplicitem hunc sensum admittere, q. d.: Quia malamente es, verba tam arroganter facis, sicut Christus dixit Matth. 12, 34: *Ex abundantia enim cordis os loquitur.* Bonus homo de bono thesauro profert bona, et malus homo de malo thesauro profert mala. Vel aliter: Ex verbis oris tui cognoscitur inquitas tua, nec iudice alii opus est quā ore tuo, sicut Christus etiam dixit, ibid., 57: *Ex verbis tuis justificaberis, et ex verbis tuis condamnaberis;* et Ecclesiastes, e. 10, v. 42: *Labia insipientis precipitabunt eum;* quam sententiam Septuaginta tradidit, ita continentem: *Ἐπειδὴ τὸν ἀργαλόν τοῦ στόματος οὐκ εἴσεσθαι τοῖς φίλοις τοῦ λόγου.* Sed in quacumque pariem accipiuntur, non convenient in Jobum: non enim inquitate imbutus istiusmodi verba fecit, sed optimā conscientiā teste, ut mox dicebamus, cuius gravissimum testimonium est. Ita Stunica, qui in sequentibus verbis: *Imitaris linguam blasphemantiam,* vel, ut in Hebreo est, *asturiorum,* et in Greco, *δυσαρτῶν, potentium,* conjectat Eliphazum allusione ad eos qui turrim Babel aedificaverunt, quod se à Deo, si terram iterum inundatione evertire voluissent, defenderent: qui Deo resistere et repugnare velle videbantur. Dixerunt enim, ut narratur in Genesi, c. 11, 4: *Venite, faciamus nobis civitatem et turrim cujus cacumen pertingat ad celum.* Qui Deum ita offendenter, ut ob eam rem eorum sermones sic confundenter, ut aliis alio non intelligeret. Hi quidem blasphemari erant, cum tantum Deo detrahent, ut humanis opibus et se resistere possent putarent; erant etiam versus et sapientes, ut Christus dicit, seculi hujus, cum tam calidum suscepit consilium: erant et potentes, quid rem tantam molebantur. Quos Eliphaz Jobum imitari dicit, quia cum Deo contendere et disceptare volebat. Sed longè aliud est opibus, potentiā et industriā spā connixum velle quemque Deo resistere, aliud est optimum consiliorum conscientiā frumentum, que lege Dei atque ob eam rem eum Deo ipso constituitur. Dei autem praevidi munitus qui fuerit Deo resistere potest. Ita enim Christus Deo reponavit vehementer hominibus irato, et in semetipsa nos Deo reconciliavit. Ita Moyses se pro populo Israelitico opposuit Deo, Exod. 52, 10, et avertit indignationem ejus ab eis. Ita Jacob cum Deo luctans, Gen. 52, 24, quia res magnis mysteriis plena est, illius benedictionem extorsit, quia deinde fratres omnium inimicorum viam supererat.

Ceterum hic posset queri, quare id, quod Hebreus legit *linguam asturiorum,* Vulgatus transtulerit *linguam blasphemantiam,* tanquam si idem sit lingua

astutorum sive duplicitum, et lingua blasphemantium. Ergone astutia et duplicitas blasphemantia? Quid commune habet duplicitas cum blasphemantia? Porrō astutia et duplicitas adulterata verba sunt, mentitus vultus, inulta opera, et cor aliud; blasphemantia verò est temerarium verbum adversus divinitatem, aut fortè opera verborum vice Deo contumeliosa. Ergo astutia non est blasphemantia. Est tamen, est omnino; nam, ut recte ait Basilus Seleucus, Orat. 2: *Operum perversitate in Deum contumeliosus.* Tanta multitudo perversitas contumelias est Dei! Monstrum est unum esse, et simul non integrum, et multiplex, et contumelias est factoris, et blasphemantia in Deum ejusmodi monstrum. Unde homo duplex seu astutus jure merito blasphemus et sacrilegus numerupatur.

VERS. 6. — *CONDENABIT TE OS TUUS, ET NON EGO: ET LABIA TUA RESPONDERUNT TIBI.* Non opus est, inquit, extrinsecis argumentis ut te refellam; verba quippe ipsa tua te insolentes, ac impie tales convincent. Quis enim crimen esse non cognoscet, Deum ad disceptationem provocare, in iudicium omnium Judicem convenire? Que cum tu labis proferre et ore jaetare andea, os tuum et labia tua pro testimoniis dicent in crimen te maximum incurrisse, sicut Christus dixit, Luce 19, 22: *De ore tuo te iudico, seru nequam.* Quae erimus illatio pondus habebet nequam, nisi recte voluntatis conscientia startet a Joho, cui lex Dei, quae debilitati non potest, praedita est.

Nat Maldonatus noster, in cap. 12, Matthaei, hanc fuisse proverbiale phrasim apud Hebreos, qui illam usurpare videtur; quando aliquem de tam atrocis criminibus convincere voleant ex ejus ore, ut ei pronominante illud objiceret nemo audieret, quemadmodum summus Pontifex, cum Christum interrogasset, et respondisset se esse filium Dei, statim dixit: *Quid audebas desiderarus testimonium? ipsi enim audiueris ex ore ejus.* Haec nūne Eliphaz voleat inferni Jobum orasse paganorum et blasphemantium more, per futurum potestate ait: Loquela tua manifestus te facere potest; nullus unquam à meipso tantum tibi objicere injuriam, nisi ex ore tuo ipsi audiueris modus orandi Deum, quo uteris, qui paganorum potius est et blasphemantium Deum quām fidelium et eorum qui verum Deum colunt.

Porro ex eo quod Theophylactus id, quod ait Christus apud Matthaeum, 12, 37: *Ex verbis tuis justificaberis, et ex verbis tuis condemnaberis;* Scriptura testimonium esse dicit, rīt Maldonatus hinc esse despūtum conjectat. Simile proverbium est et illud, Matth. 19, 21: *De ore tuo te iudico,* quod est adversus eos qui suis ipsis argumentis convincuntur; et illud, Propr. 12, 15: *Propter peccata laborum ruina proximat mala,* de illis qui sui ipsis iudicio aut confessione preverunt, iusta illud: *Sanguis tuus super capit tuum.* Non procul hinc distat istud comicis Terentii in Adelphis, act. 5, scena 8: *Suo sibi hunc gladio jugulo.* Respxit hinc et Hieronymus, Epist. ad Magnum:

*Juxta fabulas poetarum suo se ense laceravit.* Sic apud Trebellium Pollio in Mario addidisse hec verba dicitur interemptor: *Hic est gladius quem ipse fecisti.*

VERS. 7. — *NUMQUID PRIMUS HOMO TU NATUS ES, ET ANTE COLLES FORMATUS?* Id est, cum caelos homines prae te ita negligas et contemnas, numquid alii te ratione extulisse putas quārum homines alii, non ex homine genitus, sed ante montes factū? id enim significat, cum addit: *Et ante colles formatus.* Est enim synecdoche, pars pro toto; quo tropo Sapientia usus est in Proverbis, ut sapientia divine antiquitatem exponeret, dicens, cap. 8, 25: *Necdūt montes gravi mole constiterant, ante omnes colles ego parturiebār.* Haec Eliphaz dixit, ut animus Jobi opinione quidem summa insolentia retundetur, et ironiam in se socios tortam aequivalentibus aut etiam acerbioribus verbis retroruerit; quasi dicit: Derisiisti nos omnes, et ignorante inimicis, et vobis cum morietur sapientia. Quis enim hoc, quā nō sit, ignorat? At manquid tu primus homo natus es? qui omni sapientiā predestis, omnium rerum causas naturasque tam multis rationibus inter se discrepantes optimè noverat. Fueris scilicet unus ex primis illis omnium parentibus, in quibus Deus creavit scientiam spiritū, sensu impletivit cor illorum, et mala et bona ostendit illis; possit occultum suum super corda illorum, ostendere illis magnalia operum suorum, ut noumeni sanctificationis collaudent, et gloriari in mirabilibus illis, ut magnalia enarrant operum ejus, Eccli. 17, 7. Tu namque mira scilicet divitiae de hujusmodi operibus, quando nos ad brutas animantes rationis expertes, a quibus doceremur, remissi dicens, cap. 12, 7: *Interroga juventutem, et docendum te;* et *volatilia colli, et indicabunt tibi;* *loquere terra,* etc. Ideo fortassis tu solus es homo scientiā plenus, et tecum morietur sapientia, sicut periret, si primavera ille pars nostra Adam priusquam genuisset filios, quos sua sapientia imberet, ex hac vitā migrasset.

Porrō consulte admodum et prudenter interpres verit: *Ante colles formatus es,* quod in Hebreo est: *Ad facies collum,* indicans horum in loco hume. Hebraismus prioritatem temporis denotare, non aquilitatem, quam aliquando significare superius, cap. 3, vers. 24, demonstravimus. Novaler quippe, ubi de antiquitate montium et collum sermo est, haec phrasim prioritatem denotare, quemadmodum patet ex pluribus Scripturis locis, ex quibus etiam discimus id quod vetustissimum est ante montes et colles factum dici soleat, ut in loco anni citato: Prov. 8, 26: *Antequā montes collocarentur, ante omnes colles (juxta Hebreum: *Ad facies collum*) ego parturiebar.* Item, Psal. 89, 2: *Prīusqū montes fierent, aut formaretur terra et orbis.* Imò montes vocantur exter-

(1) Pagninus et Vatablus ex Hebreo vertunt: *Numquid ante primū hominem natus es?* Quasi dicat: Numquid tu antiquissimus es mortalium, et sapientissimus, quid longissimā experientiā omnes superes? Ante colles, etc., ante ipsum mundum, antequā fundaretur terra, et montes, et colles. (Menochius.)

*nitas, id est, aeterni: Et contriti sunt montes seculi, aliis, aeternitatis.* Allegoricè hic S. Augustinus et Philippus per colles intelligunt angelos, quasi sit sensus: *Numquid ante angelos formatus es?*

VERS. 8. — *NUMQUID CONSILIUM DEI AUDISTI, ET INFERNORUM ERIT EIUS SAPIENTIA?* Refelli hoc versu quod cum Deo dispartare velit, dicens: Numquid Dei interfusis consilio? (sicut eliam Sapientia de se dicit in Proverbis, cap. 8, 50: *Cum eo eram cuncta componens;*) et in eo cognovisti Deum in inferiorum esse sapientiam, ut cum eo disputas à te victum iri putes? In hebreo est: *Dimicet tibi sapientia.* Quod prater eam sententiam, quam expressi Vulgatus interpres, potest et alter, ut Hebrei volunt, explanari, q. d.: Tantumne in consilio Dei sapientia imbibisti, ut alii hominibus immunita et detracta esset, et tibi una tota concessa? Quia explicatio placuit Septuaginta viris, nam ita locum hunc reddiderunt: *Εἰ δέ οἱ ἀξιωτοὶ νοέια, ad te autem accessit sapientia.* Quid si ita hunc locum expomamus, etiam hic versus pertinere videatur ad urgendum eo absurdum Jobum, quod omnibus hominibus sapientiorem se esse existimet, cum ita amicos suos cum eo dissidentes contemnet. Sed non arroganter, cum de hominis aquilitate et iniquitate dispartatur, contemnuntur ji, qui ex adversa fortuna alterum iniquum esse judicant, dicente Ecclesiastico, cap. 7, 12: *Non irrideas hominem in amaritudine animus;* est enim qui humiliat et exaltat circumspector Deus. Nec arroganter is, qui nullo merito suo ab hominibus condemnatur, dicere causam suam optat audita.

VERS. 9. — *QUID NOSTI QUOD IGNOREMUS?* Quid intelligis quod nesciamus? (2) Non debemus, inquit, à te negliri, ut appelles nos *fabricatores mendacitatis,* et optes ut silentio incitiam nostram celebemus, et cum nihil scias quod ignoremus. Sed in quā ignorantia versantur, Job satis ante exposuerat, cap. 15, dicens: *Numquid Deus indiget vestro mendacio, ut pro illo loquaciam dolos?* etc. Et ob eam fortè rem nihil amicis suis Job probare nihil persuadere poterat, quod tanti suam facerent sapientiam, ut de nulla re ab eo doceri posse putarent, dicente Salomonem,

(1) Arcana Dei, et sapientia ejus intima penetrasti? Hebreus: *Numquid in secreto Dei audisti, et dimicet tibi a sapientia?* destruetur, dissipabitur in te, vel tecum? Alter: Numquid intra sanctissimum Dei consilium admisisti es, totamque Dei sapientiam ad te traxisti? Numquid ex Deo habuisti sapientiam, ex ipso Dei simus acceperisti, ex fonte nempe cateris clauso et inaccesso? Septuaginta: *Aut constitutionem Domini audisti, aut consilia tua sis Deus, et in te periret sapientia?* (Calmet.)

(2) Cujusnam rei periret es, cuius ignari simus? Intelligis, etc. Hebraismus, pro, quid intelligis, à quo non alieni simus? hoc est, quod nos fateat, sive quod nos non intelligamus, ut tantoper tuam factare, et nostram audeas sapientiam damare? (Vatablus.)

Prov. 26, 12: *Vidisti hominem sapientem sibi videri?*  
magis illo spem habebit insipiens. Et hic de causâ, stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi, sapientemque stultitiam, ut Paulus testatur, ad tradendum mundo Evangelium: *Nos, inquit, stulti propter Christum.* Quinam illi? Apostoli primum, deinde apostolici viri, p[er]d[ic]ere denique omnes Christiani. Et usque nunc vere sapientem amatores, non discipuli mundi, sed Dei, sacram insaniam insinuant. Est enim quaedam insaniam sanctorum, qua magna sapientia est, quam D. Ambrosius, in Psal. 39, veram insaniam appellat, cum in mundanis sint *falsa insanias*, ut Regius vates monet. Vera ne[m]pe sapientia est, sapere que Dei sunt, et cognitionem ad bonam vitam et Dei cultum gloriarique referre, non, inflante scientia, tumescere et effervi corum more sapientum, qui cum sibi viderentur sapientes, ob superbiam et impie-  
mentis inanitatem *stulti facti sunt*, ut idem Paulus alibi ait. Tales utique fuerunt tres amici illi, dum se Jobo sapientiori inaniter praeterulerunt di-  
centes:

Vers. 10. — *ET SENES ET ANTIQUI SUNT IN NOMIS MULTO VETUSTIORES QUAM PATRES TUL.* Quasi dicat: Ei-  
si fortè juniores te simus, apud nos tamen sunt anti-  
qui et proetatis atq[ue] magna experientia viri ac  
magistri, à quibus multa et recondita dogmata edociti  
sumus, ita ut haudquaque te inferiores haberit de-  
beamus, et vel in minimo tibi quoad rerum omnium  
cognitionem cedendum sit. Senes autem hic vocat  
eos, qui res multas experti sunt, et qui longo rerum  
uso magnum sibi scientiam compararunt. Etenim de  
moribus et officiis scientia multo praeclarioris ex-  
periencia quam alterius doctrina tenet. Siquidem hac  
potissimum ratione prudentia constat, in qua uni-  
versa de moribus disciplina vertitur. Intellexit igitur  
interpres hic de viris seniori confectis, qui sicut atate,  
ita consilio praestare, sermonem fieri, non de parenti-  
bus aut progenitoribus; idéoque per plurale expressit  
id quod in singulari notant Hebrei, in quibus legitur:  
*Etim canus, etiam decrepitus inter nos et proetatus pre patre tuo diebus.* Nihil tamen vetat nos illa etiam de Jobi patre interpretari, q. d.: Non ignoramus te ea omnia quia protulisti dideisse à tuo patre, qui  
vetustissimus erat, et magnu[m] annorum multitudine  
venerandus; at nec in hoc tibi conferre volumus, apud  
nos enim et in familiis nostris multo vetustiores pro-  
vectioresque parentes, à quibus scientiam nostram  
acceptimus, extiterunt; idéoque non est cur tanto-  
per nos trahi floccipendens sapientiam, ut faci; imo  
nostra umam omnino vincit ac superat; habemus  
enim præstantissimos offici et theologie magistros.  
Ubi observa magistros in omni ferme idiomate appelli-  
ari et salutari patres. Ei apud Themanitas scholas  
esse antiquas docet Jeremias, casque sapientia laude  
floruisse: *Nunquid, inquit, non ultra est sapientia in Theman?* etc. Eadem penè habes apud Abdiam. For-  
tassis etiam apud Hossitas scholas fuerunt, non tamen  
ad eo antiquas et celebres, neque tam viris sapientie  
studiosis frequentatae. Atque id est Eliphaz Themanites

dicit apud se multo antiquiores fuisse senes sen-  
patres aut magistros. Ita Stunica, Sanctius et Bol-  
ducus.

Vers. 11. — *NUMQUID GRANDE EST UT CONSOLETUR DEUS?* *SED VERBA TUA PRAYA HOC PROHIBENT.* Non  
esset, inquit, Deo difficultas miseras tuas sublevare,  
teque in pristinum felicitatis statum restituere, sed  
id sceleris tuae impedirent, quorum peccata tanto par-  
tis est supplicio pendere. Speciam autem taxat lingue  
procacitatem, quae tantum abest ut sedet iratum  
Deum, ut potius illum acutum et ad vindictam inflam-  
met vehementer, iuxta illud Davidis, Psalm. 14, 5: *Disperdet Dominus universa labia dolosa et lingua[m] magniloquio[n]u[m].* Quo in loco supplicii acerbitas sceleris  
magnitudinem ostendit et impietatem erga Deum,  
in qua si labuntur faciliter qui de se altè sentiunt et  
loquuntur, ac buce tumentibus inflata verba tru-  
niantur, quos vates Sophonias *magniloquos superbie* vocat, dicens, cap. 5, 51: *Aueram de medio tu[m] magniloquos superbie tua[t];* id est, ut Judas Apostolus  
aut, *quorum os loquuntur superba,* qui nempe linguan  
suam magnificant contra quam Abdia Deus veterat:  
*Non magnificabis os tuum.* Daniel istiusmodi hominibus  
attribuit, cap. 7, 8, *os loquens ingentia;* id est, os tumidi,  
arrogans, jaetabundum quod disperdet Dominus,  
hoc est, ut festivè exponit Hugo Cardinalis, *bis perdet,*  
animò videlicet et corpore. Sed ut ista quam optimè  
quadrent in eis qui magnificè de se et suis rebus glo-  
riantur, et sine pudore adversus Deum insolentes, per-  
petraverunt tamen humillimo et afflictissimo Jobi istiusmodi  
lingue crimina hic a Eliphazo et sociis affinguntur,  
cum, ipsomet Deo teste, non peccarit labii suis, nec  
iniquò quid contra Deum locutus sit. Ceterum non  
sunt fuit Eliphazo verborum Jobi censorum inquisi-  
tum egisse, nisi Deo soli reservatum cordis et cogi-  
tationis iudicium impudente usurparunt, dicens:

Vers. 12. — *QUID TE ELEVAT COR TUUM, ET QUASI MAGNA COGITANS ATTONTOS HABES OCULOS?* Carpit Jobum, quod animo extollatur, et cordis motibus audi-  
citur ei impetum plenis, ut ipse quidem interpretatur,  
se simus efferti. Cordis autem et oculorum meminit,  
quia superbia et arroganta animo mentis primum  
concupit, ac deinde potissimum oculis significatur.  
Non potest latere fastus animi et exaltatio cordis.  
Prodit se foras, ac patet per gestus corporis, quan-  
timvis dissimilat superbus, et erumpit potissimum  
per oculos, qui sunt anima sensorum indices. Hanc  
unam partem corporis Ciceru vocat, que quot animi  
motus sunt, tot significaciones et commutationes pos-  
sit efficiere; et oculos ait esse quorum tum intensione,  
tum remissione, tum conjectu, tum hilaritate motus  
animorum significantur; hoc item naturam dedisse  
nobis, ut quoque a leoni iubas, caudam, aures, ad  
motus animorum declarandos; præterea, ut imago est  
animi vultus, sic indices esse oculos, denique duo  
lumina ab animo ad oculos perforata non habere na-  
turam voluisse. Etenim ex his virtutes vitiaque cognoscimus,  
iratum vel propitium animum, tunc aut affli-  
ctum perpendimus; siquidem in iis moror, in iis

gaudium, in illis mans et indomita cupiditas, in iis  
venus et libido cubat, in iis quoque modestia mentis  
expinguit. Hoc intellexit Christus dicens, Luce 11,  
54: *Lucerna corporis tui est oculus tuus; si oculus tuus  
fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit; si  
autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum  
erit.* Sed medici idem indicant, inter quos Levinus  
Lemmius, lib. 4 de oculis naturæ Miraculus, cap. 6,  
sic scribit, quod huic loco optimè quadrat: *Instabilis  
oculi, pernicietes, mobiles, inquieti, incon-  
stantes, mentis alienationem et delirium designant;  
languidi, humentes, flaccidi, lacrymis perfusi, te-  
nebrosi, tremuli, rigidi, vibrantes, tumidi, cavi,  
conditi, obtusi, conviventes (quales juxta Hebreum  
textum hic Jobi oculi esse dicuntur) præter diversos  
animi affectus in sanis, tum in agrotis non sine vita  
pernicio cerebri intemperie, ex humorum copia  
vel defectu, caliditate vel frigideitate demonstrant.* Huc referri potest quod Aristoteles et Adamantius  
physiognomici observantur, eos videlicet, quibus  
subsanguinosos oculos natura tribuit, esse inverecun-  
dos et audaces; irascundos, quibus siccus et ebriositas  
humidos oculos denotare subrubescentes; si late-  
pateant, intemperantis oris hominem, mulieros et  
stolidum; si glaci sanguineum fuerint, hinc caliditatem,  
inde venies proficiunt audaciem argueret. Hinc etiam apud Iomerum, lliad. 4, vers. 159,  
Achilles caninos oculos ob impudentiam obiicit Aga-  
memnoni, vocans ipsum *νούσον*, quod canes plurimum  
oculos sanguineos suffusis conspicuntur. Hic igitur Eli-  
phaz *attontos*, vel, ut in Hebreo est, *coquentes*, non  
sunt mundi comparatione divine munditiae, quia,  
ut recte S. Dionysius ait, lux omnis et mundities  
creatae comparata non videtur esse lux, sed  
tenebrae, ant umbra lucis. Quo vult significare, com-  
paratione illius puritatis infinita, quia in eo bonorum  
oceano mirabiliter exundat, creaturam omnium re-  
rum munditiam vix ullam esse; tantum videlicet omni-  
ex parte supereminet. Hoc idem aut paululum immu-  
tatione superius dixerat Eliphaz, cap. 4, 18: *Ecce  
qui serviant ei non sunt stabiles; et in angelis suis re-  
pert præstant, quod sibi in nocturna visione re-  
ve-*

(4) Non sunt hec verba Job, neque Scriptura sa-  
cer, sed Eliphaz ait Job. Et prouide quidam putan-  
t non esse necesse hujusmodi sententias, tanquam  
vires defensorum, et secundum verum sensum expo-  
nere. Attamen, quia etiam istis sententias veteres  
possunt uti, tanquam veris et receptis, adeo ut  
Beda, super hoc capitul. scribens, dicit ab amicis Job  
multa dicta esse propheticæ spiritus, videndum quo-  
modo istud accipendum sit quod dicit: *Ecce inter  
sanctos eius nemo immutabilis.* In Hebreo sic habetur:  
*Ecce in sanctis suis non ponit veritatem, id est, abso-  
lutam omnino et perfectam.* Id interpres noster para-  
phras explicavit, et sensus est: Deus angelos suos  
non ita creavit, ut absolutam habent justitiam per-  
fectionem. Videlebet, quia si natura eorum spectetum,  
et primus status, in quo creati sunt, deficeret à ju-  
stitia potuerunt, et aliqui defecerunt. Non agit autem  
status angelorum, quatenus jam quidam in justitia  
confirmati sunt; nam illud non est natura, sed re-  
munerationis divina. Vide etiam Commentarium no-  
strum in secundum Sententiarum dist. 15.

Et COELI NON SUNT MUNDI, etc.; uno modo cogli-  
figurati accipiunt pro angelis qui in celo sunt. Et  
tunc sensus idem est, qui verborum immediatae pra-  
cedentia, ut unum sit explicatio alterius. Quod si  
de celsi corpore intelligamus, sensus erit, colos  
item non esse perfectos seu mundos, si cum Dei  
perfectione conferantur. Nam omnis creatura, ut ta-  
lis, dilecere potest, et nisi à Deo conservaretur, in  
nilib[us] refrigeretur. (Estius.)

latum affirmaret, atque ideo minus nobis hoc loco laborandum, cum inde perte explicatio possit. Neque est cur anxie disquiramus, an idem prorsus ex omni parte sit argumentum, quasi rudis, importunus aut molestus disputator videatur Eliphaz, si eadem argumentationem repeat; non enim hebetis ingenii sicutum est, idem argumentum, cui satisfactum non videatur, resumere, prasertim cum arcetis premuntur, aut ex eo quid aliud inferunt; quod hic fit, ut patet ex comparatione loci utriusque. In capite enim quarto ex casu angelorum intuitu quoque homines impios perituros, dicens: *Quando magis qui habitant domos tutae, etc.*; hic vero ex natura detestabilis seu vitiata et ex facilitate peccantibus infert Jobum non posse scire se esse justum; quod magis urget, estque ad id probandum docilissimum et acutissimum argumentum. Nam Job scire non poterat se justum esse, nisi sciret se omnino esse immutabilem, ita ut nec scelus admittere, neque ab officio desiderare posset; si enim id pro explorato non haberet, unde sciret se non peccasse, cum peccare potuerit? nam, quamvis nullius sibi peccati concus sit, cùm tamen potuerit peccare, relinquitur magnus dubitatus locus, utrum peccabit. Nemo enim omnes animi sui motus pro conerto habet potest enjusmodi fuerint, cùm varii et infiniti proprieatis sint; quia de causis facile subrepere delictum potest. Quod docilissime docuit Paulus dicens, 1 Cor. 4, 4: *Nihil mihi conscient sum; sed non in hoc justificatus sum.* Et ob eam rem Christum affirmasse puto. Marci 10, 18: *Nemo bonus nisi unus Deus.* Hunc enim pro certo bonum esse affirmamus, qui à honestate non potest desiderare; de ceteris autem, cùm desiderare possit, nemo certò scit, utrum boni nominari possint. Ex majori igitur, quod sancti Dei non sint immutabiles, concludit id quod minus est, scilicet homines immutabiles esse non posse, et consequenter de illorum iustitia certò nobis non constare.

Vers. 16.—*QUANTO MAGIS ABOMINABILIS ET INUTILES HOMO, QUILIBET QUASI AQUAM INQUITATUM (1?)* Homo iure abominabili dicitur, quia mactur Deo exos (siquidem peccato originali omnes homines natura tenentur), et ob eam rem *inutilis* docilissime dicitur; non enim est natura seu idoneus aptusque ad finem suum consequendum, ex quo ratio petuit utilitatem. Cum enim, ut Paulus ait, omnes ire filii natura simus, Deum finem nostrum consequi natura non possumus, inutiles igitur natura sumus; cùmque insuper ad peccata proprii actibus committenda maximè propendeamus, facile perspectuor quan apti subdatur illud:

*BEST QUASI AQUAM INQUITATUM;* id est, sicut febricitans sitiens aquam avidissime et copiosissime haurit, ita peccator ex siti et febri concupiscentiae sue avidissime et copiosissime ejus delectationes.

(1) *Sicut aquam copiosissime et avidissime* sine sensu aut metu mali haurit sitiens et febri astuans aeger, sic homo peccator concupiscentiae siti accessus, haurit, ita peccator ex siti et febri concupiscentiae sue avidissime et copiosissime ejus delectationes, inquit S. Gregorius. (Iirimus.)

fluxas haurit, cisque se immergit. Hæc ergo verba sic optimè ab interpretibus accipiuntur, ut ipsis innaturum homo à pravâ consuetudine corruptus, qui humilitas sensum sic amisse videatur, ut nolle iam animi dolore ac sensu in peccata, quantumvis gravia illa sint, ruit, non secdis ac sitiens fervente astu gelidam aquam, ad sedandam stitum et astivum ardorem refrigerandum, cibit. En verò comparationis vim (sunt optimi explanatores Pineda et Sanebris), quod aquatum ob lenitatem et suavitatem, tūm etiam ob vilitatem, tūm fontibus ultrò et liberaliter scaturientibus fluvialium profunditibus sine ullo impedimento paretur, nullà difficultate aut molestia elibatur; quod sane in aliis liquoribus non contingit, qui, vel quia acres et acerbī, vel quia pretiosi sunt, non omnimoda facilitate parantur aut perpotantur, ut facile videre est.

At enim verò ut optimè hinc dicantur, eadem ego sententiam ex vulgarī potius bona aqua descriptione, à qua et colorē et saporem et odorem abesse volimus, his verbis appingerem malum, ut, dum peccatum quasi aqua chibi dicatur, mullojan pudore aut rubore, nullo animi remorsu aut timore perpetrari significetur, ad eum modum, quo de insanibili animo Seneca, lib. 4 de Irā, cap. 16, cùm dixisset: *Tibi insanibilis animus ei sceleris sceleribus contextens; et jam non causis, que male nunquam defutari sunt, impellens;* sed sat tibi est magna ad peccandum causa peccare; *> hoc est, ut benè exponit Justus Lipsius,* «quos non voluntas tantum aut illecebros peccati, sed et ipsius et infamia ejus delectant; » id subiect: Peribisti nequitiam; et ita visceribus immiscisti, ut nisi eum ipso exire non possis, scitè adstrens, ab eo, qui tan prolixum ac peccandum esset, nequitiam peribitam nulla videlicet difficultate aut concretione susceptam. Itaque ille hibit iniquitatem quasi aquam, qui omnem timorem expuit, omnium scelerum generibus madet, et in omne peccatum effundit. Qui ynum bibit, timet inebriari si plus aqua bibat, quapropter bibit temperatè; sed bibens aquam ab hoc metu liber est, atque ideo non curat de tali tempore. Ita Lyramus. Audiendus hic quoque S. Gregorius, cuius haec sunt verba, dum hanc Jobi sententiam explicaret, lib. 12 Moralium, cap. 18: «flos quod comeditur cum morā glutinatur, quia mandatur; ut glutinatur; quod autem bibitur tantum ad glutinandum, non habet, quanto nullam et ad mandendum necessitatibus habet. Culpa ergo quia a stolo homine cīne illa retractione perpetratur, quasi aqua inquitibus bibitur; quia enim illicta sine timore facti, quasi potum injunctio sine obstaculo glutit.» Eliphaz igitur cùm pingere vellet hominem qui avide se in maleficium ingurgitet, et nullum eritatem à se patet alienum, ait illum *bibere quasi aquam inquitatū.* Aqua enim in sermone divino hieroglyphicum est abundantia. Id opinor factum ob magnam aquarum copiam, cùm ferre ubique reperiatur. Hinc etiam magnitudinem iræ sue Deus et velut abundantis aqua copiam atque redundantem, Oseea ore, aquæ similitudine amplificavit, cap. 5, 10: *Super eos effundam*

*quasi aquam iram meam.* Inde putet Jacob nuncupari fuere vocabulum *lattitudinis et abundantia*, ut Moses in Genesi prodidit; unde patet maximè olviam videri in arcana aqua: significatio eius, ut pro copia et affluentia ponatur, ut pluribus exemplis probat noster Delphini in Adagialibus, sacris veteris Testamenti, parte 1, adag. 51. Simili quoque phrasi in Psalmis dicitur: *Qui deorant plebem meam sicut escam panis.* Ubi vide quid annotavimus.

Vers. 17.—*OSTENDAM TIBI, AUDI ME: QUOD VIDI NARBATO TIBI (1)*—Vers. 18.—*SAPIENTES CONFIDENTUR, ET NON ABSCONDUNT PATRES SUOS.*—Vers. 19.—*QUIBUS SOLIS DATA EST TERRA, ET NON TRANSIT ALIENUS PER EOS.*

Novum captans attentionem Eliphaz dictis suis fidem astruit, tum quid ea vidisset, tum quid ex maioriibus accepterit, quibus multum conciliat auctoritas, ut eorum intelligatur testimonium esse gravissimum; nam et sapientes erant (quorum testimonium tantum pondus habet in doctrina mali, ut regulam ac virtutis normam Aristoteles esse judicaverit) ac reipublica gubernantes, id quod significat cum dicit: *Quibus solis data est terra, scilicet gubernant et administranda.* Estique hic perfectissimum sapientie gradus, ut non sibi soli, verum etiam aliis quis sapiat. Hinc sapientem esse atque regem, idem plane est, si lumina antiquitatis sophie magistros audianus. Λέγεται τοις τε φύσεις, regale quidam dominante est sapientia, ut prodit Aristoteles, lib. 4 Rhetoricorum; unde, inquit, sapientem esse videtur tam jacundum, quid τε δέργα imperare sit omnium jacundissimum. Ilaque Stoici, ut animadvertis Clemens Alexandrinus, lib. 2 Stromatum, regum, sacerdotum, prophetiam soli sapienti tribuant. A quibus accipiens, opinor, Spensarius aiebat soli sapientes esse reges et principes. Plato verò tanquam ex oraculo sapientiam nominal regalem scientiam, quique illam possederit, sive princeps seu privatus fuerit, esse βασιλέας, regalem; aliebat hec eas respublicas fore, quibus philosophi principes imperarent. Tales utique fuisse illos, quorum auctoritatem hic interponit Eliphaz, hanc obscurè profloret, prasertim quid curit tantum atque sapientia eos terram rexisse dicat, ut alienus non transiret per eam, id est, ut hostes atque predones neque agros populearum neque predias agere audent, neque rem publicam bello tentare aut saltum in potestatem redigere possint. Id enim sapientia et industria potius fit ejus qui rem publicam gerit quam illis aliis opibus atque præsidis. Id quod luculentor tractat Ecclesiastes, ac vehementer dolet id homines latere: *Hunc quoque, inquit, cap. 9, 15, sub sole vidi sapientiam, et probavi*

(1) Hucusque hoc egit disputator, ut Jobum vanitati, superbie, contumaciaque in Deum ferocius reum peragret. Hinc jam arrepto impetu tonare adversus caput innocente incipit, et continuo declamatione ei ante oculos proponere, quid cum sodalibus improbitatis et merito nunc patiatur, et ulterius expectandum habeat. Premitur exordium tribus versibus comprehensum, in quo nihil aliud se protrahunt aut, quam quod ex propriâ experientia habeat compertum, et in auctoritate veterum sapientum sit fundatum.

(Rosemannus.)

*maximam: Civitas parva, et pauci in eâ viri, vexit contra eam rex magnus, et vallavit eam extrixitque munitiones per gyrum, et perfecta est obsidio; inventusque est in eâ vir pauper et sapiens, et liberavit urbem per sapientiam suam; et nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis. Et dicebam ego meliorem esse sapientiam fortitudine. Quomodo ergo sapientia pauperis contempta est, et verba ejus non sunt auditæ? etc.* Undo patet quanta vis sit sapientia, quae non raro absque cede et sanguine truculentos reges barbarosque exercitus subjugavit.

Hujus rei exemplum vide sapientissimum pontificis Leonem verò Magnum, non tantum feroissimo Illyrionum regi Attilae, qui à crudelitate *Flagellum Dei cognominabatur*, sed toti etiam ejus exercitu victoris insolentie unicum et inermem oppositum; et tamen tam potenter corum animis dominatus est, ut retro abiit jussi, Romam excidio, Italiam vastitate liberaret. Nec minor sapientia laude non ita multo post Gensericum jam urbe potito persuasit, ut à stupris, incendiis ac crudibis abstineret. Ita Ciaconius in Vita ejus, et Baronius anno Christi 452. Quis S. Franciscus Xavierius commemorem, illustre Societatis nostræ decus? qui irruens in Travancoridem maga Bagadaram manu, jam jamque Christianorum jugulis imminentem, ut suos protegeret, nudum pectus eorum mucronibus objecit, scribusque verbis eorum demotum castigavit. Nec verò mentis ardorem ex vulnere et oculis micantem barbari tulerunt, sed sive miraculo audacia obstupesci, sive reverentia virtutis permoti, Francisci causâ, ceteris perpeccerunt. Ita Tursellinus, lib. 2 Vita S. Xaverii, cap. 11. Melior est igitur sapientia quam arma bellica, ut etiam aperte testatur Isaias dicens, cap. 5, 13: *Propterea captius ductus est populus mens, quia non habuit scientiam, et nobiles ejus interierunt fame, et multitudo ejus siti exaruit.*

Et NON ABSCONDUNT PATRES SUOS. Iloc subobscurè in Hebreo et in Latino ponitur: Nam in Hebreo, ad verbum si convertamus, ita est: *Non abscondunt è patribus eis;* clarissimus Septuaginta convertunt: *Οὐ λέγεται τοις τε φύσεις, καὶ τοῖς τε στολέσι, non abscondunt patres eorum;* sed longe clarissimus Chaldaeus, qui reliquis etiam interpretibus magnum hoc loco lumen attulit: *Non abscondunt que tradita sunt à patribus eorum.* Significat ergo Vulgatus, q. d.: Non abscondunt patres suos sibi narraſſe; Hebreus: Non abscondunt ea se audiisse à patribus suis. Itaque declarat Eliphaz per manus magorum hanc accepisse doctrinam. Quis discedi ratio tantam teneat auctoritatem, ut oracula vim habeat. Non potest igitur ea doctrina non singularis et eximia esse, quam Eliphaz fuerat expertus, quam etiam per manus sapientiorum et antiquorum hominum, qui rem publicam optime gesserant, accepit. Quis autem istiusmodi doctrina sit, subjungi:

Vers. 20.—*CUNCTIS DIEBOS SUIS IMPVIS SUPERBIT: ET NUMERUS ANNORVM INCERTVS EST TYRANNIS EIUS (1).*

(1) Vox pavorum est in auribus q̄us, perpetuò ejus auribus insontis voces terrificæ, quasi in momenta singula si ei superventur exstrem, et nunquam

Amorem proprie voluntatis in superbis residentem notat. Superbia enim est immoderatus appetitus propria excellentiae, ex quo profecto nascitur ut superbi, qui nemini subjici patiuntur, suam querant explore voluntatem, et sua desideria perficere. Est nempe magna excellentia, ut quis, in his quae vult et cupit, a nullo dependeat, sed sit pro ratione voluntas, et statim atque aliquid vult sine illa contradictione illud expletat. Primum igitur impii superbunt, suam immoderate excellentiam appetunt, super alios effundunt, deinde tyrannidem exercent, aliosque ad suam voluntatem excludant, et ad sua desideria executioni mandanda, licet sint ineptissima, minis et terroribus venire compellant; sed ostendunt se non minus stultitiam quam superbiam delinqueret, quia stultissimum est in tam brevi atque incerto amorum circulo injustè agere, alios per violentiam opprimere, et nullam redende rationis recordationem habere. Nec mirum, quod omnis superbus tyrannidem exercere dicatur, quoniam qui exterius non potest altis per vim ad suam voluntatem perturbare, salem interius per desiderium expletat. Et, ut dixit in hunc locum sanctus Gregorius, lib. 12 Moralium, cap. 10, nonnunquam talius in republiet, hoc est, per acceptam dignitatem, alius in provincia, alius in civitate, alius in domo proprii, et alius per nequitiam, hor exerceat apud se in cogitatione sua. Non obscurè id ex superbì Nabuchodonosoris historiā colliguntur; hic prius Dei reverentiam et cultum prieripere cogitavit, deinde voluit et concupivit, et statim sine illa mora ad opus perduceret conatus est, Dan. 3, 1: *Fecit statuam auream, et convocavit satrapas, magistratus et judices, duces et tyrranos, et prefectos, omnesque principes regionum, ut statue sub divinos honores tribuerent.* Idem quoque rex vidit somnum, et cùm expergisceretur, sive phantasie esset oblitus, insomniū memoram tum interpretationem concupivit, Dan. 3, 5: *Statimque vocavit ariolos atque maleficos, dixit illis: Sermo recessit à me, nisi indicaveritis mihi somnum et conjecturam eum, peribitis et vos, et domus vestrae publicabuntur.* Superbia huic regi (erat enim adinudum superbus) tantum expleads propria voluntatis desiderium immisit, quia proprie appetitus homines facit suę voluntatis amatores et suorum desideriorum exactores diligentissimos.

Septuaginta vertunt: *Omnis vita impii in sollicitudine. Hebraicè est, parturit, seu instar parturientis est in magnis angustiis, et dolore conficitur. Non enim potest non dolere et vehementer angit, qui, rationis gubernaculum desitutus, variis perturbationibus agitatur. Et ob eam rem dicit David Psal. 15, 5: Contritio et infelicitas in viis eorum: viam pacis non cognoverunt. Et vel hoc solum impius semper an-*

*non hostis imminet aut periculum. Nam omnia impii et tyrrani, etiam tuta, timent. Pavorem, dixit numero plurali, ut significet multiplices pavores, agmina quasi terrorum. In pace rastator ventus illi, tum maxime, quin aliquissima pace gaudebit, nec opinatum ei veniet exitium, exitu timor.* (Rossmüller.)

gitur, quod tempus tyrannidis ejus sit incertum, tamenque omni momento praecisum iri; in quo maxime ejus amentia declaratur, qui cunctis diebus superbiam Deoque resistat, cum ignoret quādlibet tyrannidem exercere, et aliis infestus esse possit. Declaratur hic etiam corum quos opprimit quanta sit miseria, cùm lateat eos, quādlibet tyrannidem tantam perpressuri sint: quae res vehementer angebat Davidem dicentes, Psal. 12, 3: *Usquequā exaltabitur inimicus meus super me? Porro verbum de verbō traducere Hebreas sic etiam possumus: Et numeri annorum absconditi sunt violenti. Anni autem vite ejus absconditi dicuntur, quia solo Deo cogniti sunt. Id quod Septuaginta sic expresserunt: Εἴ τι ἀφένται δέσποινα δύναται, αντὶ αὐτῶν numerati dati sunt potenti; Symmachus: Καὶ ἔσθιε τὸν περιπλέκειν λόγον, et numerus annorum occultatus est fortis; incertos scilicet traduxit; Septuaginta verò intellexerunt divinā mente esse repositi eique constitutos; et propterea numerabiles sive certos traduxerunt. Ceterum ab hoc loco usque ad finem capituli disserit Eliphaz de miserā sorte impiorum presertim tyrannorum; gravissimasque et doctissimas de hīc re profecti sententias, quas si in Jobum convenire asserat, vehementer errat.*

VERS. 21. — *SONTIS TERRORIS SEMPER IN AUREIS ILLIUS: ET CUM PAX SIT,ILLE SEMPER INSIDIAS SUSPICATUR.* Eleganter sanè pingit Eliphaz hominem impium, qui nequam tatus pacatus est et sui compos, ubi qui panico veluto terrore cruciat. Hoc nempe primum neque minimum est peccati incommodeum, quod tollit pacem vehementissime, ut animo inferente conscientia, que horribilem metum et infandam undeque perniciem intentat. Nam subito ac secuto hominem occupavit, ut Tisiphona poetica, ferro et flammā et multipli dracone cincta, furia motu circumvisit, nec terrificus illius aspectus et crudelis mina vitari possunt; adeo domi, foris, ubique, etiam in lecto meditatio noctis teneribus; neque sceptra coronatorum regum, non excubias militares principum, non crepantes avo vestes, non palatia marboribus radiantia, non antitheta concina eloquentia, aureoque dicentis flumen, non contorta dialectoricum dicta reveretur; audacter ingredit se, atque inter mimos et ludiones tragediam cruentam excitat. Licet dulcis harmonia resonet et oblectet aures in eleganti opulentis conviviali et amicorum suavitate, inter jocos delicias et risum ludentium dilacerat pectus conscientia, et savuum pugionem in pulmone defigit. Hanc seculii sapientes summam esse criminum ponunt atque ultionem putant, tametsi alia nulla constitutetur, ut eleganter Juvenalis, satyr. 45:

*Exemplo quodcumque malo committitur ipsi  
Discepliet auctori; prima haec est ultio, quid se  
Judice nemo nocens absolutur; improba quanvis  
Gratia fallacis praetor vicerit urnam.  
Et ibidem:*

*Car tamen hos tu  
Evasisse putas, quos direc conscientia culpa  
Mens habet attontos, et surdo verbere cedit.*

*Occultum quatiuite animo tortore flagellatum?*

*Perna autem vehementer et multo sevior illis,  
Quas aut Cæditias gravis invenit aut Rhadamanthus,  
Nocte dieque summ gestare in pectora testem.*

Id patuit in Caino, qui non prius animi innocentiam quādlibet et constantiam perdidit; qui tanguim furiarum tardis ardoribus crudeliter exagitat, et infestis terroribus debilitatus et amens, totam vitam profugus est, neque se vitare potuit. *Magna vis obnoxiae conscientie,* inquit D. Ambrosius in Psal. 50; dat exemplum in Adamo et Èvā, cùm pudendo se facinore impiassem: *Cupiebant se abscondere, quos nemo querebat.* In illis ergo et similibus clarum documentum dedit index sclerorum Deus, nullam improbis et facinoribus hominibus esse animi tranquillitatem, nec securos unquam plena consistere. Nam id omnibus solere accidere ex oraculis divinarum Litterarum constat, præcipue Salomonem, qui singulari iudicio dixit esse *timidam nequitam*, et in ipso dari *testimonium condemnationis*, Sap. 17, 10. Reus enim à seipso peragitur impius, quo desunt indicia maleficiorum, cum sit conscientia milie testes, à qui prius quam à Deo damnatur. Pergit Salomon de timidā nequitā dicere: *Semper enim seva presumit perturbata conscientia, vel, ut est in Sextinis Bibiliis, perturbata per conscientiam,* quod est clarius. Nequitia, ob motum et aculeum conscientiae mente animoque precipit et apprehendit horribiliter quadam, que jam immobile videantur. Quod autem dicitur ab interprete nostro nequitia perturbata, in Greco est σύνεγκάμια, que vox significat obsidione coronationis hostium atque cingentium, qui ruinam omnium rerum et eversionem moluntur; ut significetur perturbatio tanta, seu tumultus, quo major dicti nequit. Sic in Evangelio Christos, de obsidione Jerosolymæ loquens, eidem voce utitur, Luke 19, 45: *Circumdatum te iniunxit cuius vallo, καὶ συνέσποι οἱ πάντες,* et coangustabantur et undique. At igitur Sapiens ipsum scelus animique nequitiam divino iussu conscientiae velut copiis continuo terrore trementibus obsideri arcte teneri. Que res validè presentem locum illustrat, et cur pauli ante timidam nequitiam appellaverit. Est enim proportionē conscientiae saevia, ultionem semper cogitare quam commercerit ad declinare nititur. Nihil autem frequentius, quād ad strepitem quemlibet expavescere, et jam jam licet severi iudicis jussa expleturos suspiciari. Profecto dum per campos abiit profugus, ubi omnia plana, neque latere apprehenduntur illis, sibi nequit fidere, sed animo visuque turbulentio antra suspicatur, et intra virgula exigua insidias sibi cernere videatur. Verè Seneca prestantis animi vir, epist. 97: *Ipsas nequitia tenebras timet, quod in versum sequentem optimè quadrat, qui sic habet:*

*Vers. 22. — NON CREDIT, QUOD REVERTI POSSIT DE  
TENERIS AD LUCEM, CIRCUMSPECTANS UNDIQUE GLA-  
DIA (1). Quid si, inquit, ut nos est, latebras ipse*

*(1) CIRCUMSPECTANS UNDIQUE GLADIA. Optima descrip-  
tio tyrranni. Nota Dionysii et Damoclis historia,  
ad quam alludit Horatius, 5, 1:*

*petat (nam qui malè agit odi lucem) nunquam credit  
valere se tutò in lucem progredi, sed mox ac prodie-  
rit, à paratis excubitoribus capiendum et necandum;  
quocirca creherrimo omnia oculis perlustrat, et loco uno quietus consistere nequit, arbitratus se undique infestis enibus telisse peti; atque in hunc modum calamitosam et anxiam vitam ducere cogit. Quo tormento et angore animi scelerati et Dei invisi negat illam esse poenam graviores Isidorus lib. 2 Soliloquiorum. Eleganter quoque Petrus Chrysologus, serm. 6: «Quando homo non sub peccato tristis? quando non sub virtutis suspectus? quando non sub criminalibus desperatus?» Si quando in calamitatis incidat, desperat de salute sua, et undique malum timet. Proprium enim est homini iniqui, ut facile desponte animum, resque adversas non magno sed abjecto animo toleret, sicut David ait, Psal. 139, 11: *In misericordiis non subsistent.* Cum enim subsidiis tantum humanis nitantur, illis destituti, quo se convertant nequivent. Eadem vero tenerarum metaphorā pronuntiavit Isatas impios, quo se confirmat in adversa fortuna non inventuros, dicens, cap. 5, 50: *Asperci-  
mus in terram, et ecce tenerbe tribulationis, lux obte-  
nebrata est in caligine ejus.* Ex quo fit, ut cùm nullum possit malorum extum invenire, desperatione fractus animus undique gladium, id est, malum, sibi immi-  
nere formidet. Cujus rei praeclarum specimen fure re tenerbra illa crassissima que obducta fuerunt Ägypti-  
tis, de quibus pulchri liber Sapientia: *Vinculis te-  
nebrarum et longe noctis compediti, inclusi sub tactis,  
fugiti perpetue providente jacuerunt;* et dūm putant  
se latere in obscuris peccatis, tenerbroz oblivionis velatio  
dispersi sunt, paventes horrende et cum admiratione nimis perturbati; neque enim qua continet illos speleus sin timore custodiebat; quoniam sonitus de-  
scendens perturbabat illos, etc.; que ibi fusis describit, et magnam hunc loco lucem adferunt.*

VERS. 23. — *CUM SE MOVERIT AD QUERENDUM PANEM,* novit quod paratus sit in manu eius tenerarum (1). Cùm, inquit, urgente fame cogitat miser, quem conscientiae angor pungit et instimulat, cibum querere, occursat undecimque gladii iam intenti julu formido, et ex eis paratus mortis certa suspicio, ita ut famelici dicere possit, quod cum singulu et lacrymis diebant captivi Babylonii, Thren. 5: *In  
animbus nostris affrebaramus panem nobis à facie gladii  
in deserto.* Potest etiam motio illa ad querendum panem de mendicitate, in quam impulsu devolutori, intelligi, ubi anxietas coaretat impium timentem, ne à

*Destructus ensis cui super impia  
Cerice pendet, non Sicula dapes  
Dulcem elaborabant saporem;  
Non arum cithareaque cantus*

*Somni reducent.*

*(1) In Hebreo: *Vagabitar ad panem, ubinam?* Erra-  
bit exsul, incertus vite, ut Oedipus apud Sophoclem:  
Quis est, quis est qui tenet palant? (Edipo)  
Hodie trahendam manus ad ritum dabit?*

*Novit quod paratus sit in manu eius tenerarum  
panes in manu eius, id est, proxime se, sentit advenire  
sibi miseriae inevitabilis.* (Grotius.)

quibus panem postulat, vulnus aut necem accipiat.  
Potest quoque motio illa ad opulentos impiosque tyrannos pertinere, qui cum se movent, hoc est, adde-  
dant ad mensam, venenatum panem aut cibum sibi  
supponerentur. Sive ergo dives sive mendicis ini-  
mici plus sit, ditem tenebraz, hoc est, mortis, quia lux  
ei extinguitur, formidat, et surdo verbere ceditur.  
Illa verò verba, in manu ejus, significant proximam et  
in promptu esse mortem, vel certè metonymice in  
factus ejus, impii scilicet, qui factis suis mortem ac-  
cedunt. Ut enim iustificatio de non amissione est

**Hebreus habet:** *Vagatur ipsi ad panem ubi sit; noctis paratum esse in manu suam diem tenebrarum; id est, vagatur et oberrat ut mendici solent, qui ostiante panem querunt, quia seit in proximo et quasi praeforibus esse tempus calamitosum, quod vocat diem tenebrarum, hoc est, misericordiarum et sollicitudinum, que tenebrarum in morem frontem obfuscant et obnubilant, sicut diverso secessu eam nitidum reddit ac serenam.*

Septuaginta longè alter hunc versum reddunt, non  
quasi pre inclita et fama panem querat, sed ipsem  
vulturibus esca flat, perleis inseputus; sic enim ver-  
tunt: *Dispositus autem est in escas vulturibus: novit*  
*verb in seipso, quidam manet ad ruinam.* Quod autem se-  
quitur, referunt ad initium versus proximi: *Dies verb*  
*tenebrosa ipsum versabit.*

VERS. 24. — TERREDIT EUM TRIBULATIO, ET ANGSTIA  
VALLABIT EUM SIC STREPTE REGIUS QUI PREPARAT AD PRE-  
LIMUM (1). Non exiguum timorem esse vult angore-  
num scielesti hominis in vitium effusi, sed cohortem  
Illi dicit misericordiam, quia ubique latius circumnam-  
biat. Quod emblematum perelegant et sapientia veluti  
manu delineata illustrat; in medio campo regem pin-  
git dominatio et fortunis suis extum, qui exultum et  
latronum collecta manu destina prelum committit;  
dum gladium sumit lanceamque, exhortet animi,  
cui multa simili obijicuntur, agi nimurum de-  
summa rerum, potentiam esse magnam hostium, pa-  
cibus sibi et infidos comites, periculum ingens, ante  
oculos terribilium iam mortem telum quatere, allaque  
similia; quare flumti arma de manibus, tremunt ge-  
nua, cor fugit, frigido corpore sudore perfunditur, ca-  
daver est spiritus hominis, ante precium victus et  
exsanguis est. Talem at esse hominem scelere macu-  
losum, quid enim angustia circumdet eum nemo est  
qui ambigat; periculis quippe ad doloribus mortis  
missum circundatur tam dum infelicitate vivit, quam  
dum instat interitus. Quocirca similitudo regis, qui  
paratur ad prelum, in eo posita est, ut quoadmodum  
dux rex colorate pretoriarum stipitat, ita impia scle-  
rum conscientia et angustia circumdetur; at in hoc  
ipsius circulo discerimus subest, quia rex cinguit ad  
tutelam invicti ad pacem.

Septuaginta sic habent: *Angustia autem et tribulatio insum comprimet sicut dux in primâ acie corruens.*

(1) Versantur enim in magnis angustiis, et animis anxiate et sollicitudine reges, cum iamjam exercitus concurrere debent, et confilgere, ex quo summa rerum pendet. (Menochitus.)

1152  
RUM JOB  
Quorum verborum sensus est : Afflito et calamitas circumdabit impium sicut circunstabilitur dux in primo exercitus ordine cadens. Hostes quippe in ducento exercitu adversi acris conspirant, et cadentem unum nobilium pradam circumstinent. Qui sane sensus in rem nostram apprimi convenient, cum quo textus Vulgatae editionis coheret, si rex, qui preparabatur ad premium, consideretur, non cum preparabatur ad premium, et ad hostibus accurrentibus obsideatur.

VERS. 23. — **TETENDIT ENIM ADVERSUS DEUM MAMNUM STAM, ET CONTRA OMNIPOTENTEM ROBORAVIT EST** (1). Illic causam indicat, cur Deus tribulationum ageret ad angustiarum exercitum adversus impium coegerit ad eum penitus conterendum, quia nimis in tantam superbiam devenierat, ut ipsim Deo bellum indiceret videatur. Tendere enim vel extendere manum in aliquem exitium et exterminium militantis symbolum est, ut ex plurimi Scriptura locis patet. Si apud Iosiam, cap. 23, 11, **Dominus manus suam extendit super mare, conturbavit regna, etc.** Et apud Ezechiel, timorem incutere volens Annuntiis eius belum indicare, sic loquitur, cap. 23, 7: *Itidcir accio ego extendam manum meam super te, et tradam te in directionem gentium, et interficiam te de populi, et perdam de terris, et conteram, etc.* In ipsius agitur usus temerario atque impudenti nimis audacia contra Deum, ac si esset homicidio quidam, suis peccatis atque scleribus non solum rebellare, ac si cum superare posset, illique minari, sed etiam in eum se erigere, insultare, rigoresce presumpsum, ut importaverit verbum originale **γλαβάν**, in quo imitari videtur gigantes, quos profani poeta finguunt bellum adversus Deos suscipere, sicut Virgilius lib. 6 *Aeneidos*, canit:

*Hic et Aloidas geminos, immatura vidi*

*Corpora, qui manibus magnum rescindere Olympum  
Aggesse superque Heaven detrude regis.  
Et Homerus, Odyssee lib. 14, vers. 573 :*  
Καὶ Τίτων εἶδος τάχις ἐρυθρόβεβλον μέν,  
Κείμενον ἐν πολεύσῃ δὲ ὅτι ἐνέλκει πολέμῳ,  
Γίγαντα μηδέποτε παρείχει κατὰ διάσηρον  
Διέργοντα έσσαντος, οὐδὲ δὲν πλημμενοῦ χρόι.  
Ἄπο τοῦ γένους λέει καθόπει παρείχασται,  
Πλεύσεις δὲ ἐρυθρόβεβλον πανεῖσθος;  
*Et Titum vidi clarę telluris aliamnam;*  
*Porrigit eum hinc tuta noverem per jugera corpus;*  
*Hinc atque hinc genuinus rostro urgat vultur aduersus;*  
*Immortale fecur tendens; jacet ille supinus;*  
*Nec depelliendi manus datur illa potestas;*  
*Latona namque ausus erat tentare cubile*  
*Impius, aeterno fuerat quia juncta Tonanti,*  
*Cium Pytho Panopei peteret per amorem virilem.*

(1) Quasi dicat : Merito tot tantaque mala superbii afficiunt, quia Deo ausus est resistere contumaciter, contra legum ejus prescriptum operari. (Menochitus)

COMMENTARIUM. CAPUT XV

*potentes à seculo viri famosi. Qui inquis suis factis  
Deum iti proverbunt, ut universum diluvio deleret,  
et everteret orbem terrarum. Nam sequitur statim  
eodem capite: *Videns autem Deus quod multa malitia  
hominum esset in terra, etc.* Delebo, inquit, hominem  
quoniam creavi a facie terra. Et vero conjecturā ducitur  
Stunica ad id existimandum, quod hanc doctrinam per  
manus majorum suorum Eliphaz se dicitisse dicit, quos certe est non diu post diluvium extitisse. Vel  
forte haec dicens, Eliphaz illos homines tangit, qui  
turrim Babel edificare conati sunt, quo suo facto pre-  
se ferentebat collum bellum inferre. Ex quo fortassis illa  
per hominum vulgus manavit fabella de quibusdam  
hominiibus, qui corpore immanissimo et animo insol-  
lentissimo cūm essent, colsum ausi sunt bellum tentare;  
quorum meminit Plato in suo convivio in Oratione  
Aristophanis, quos cœlum condescendere nivos fuisse  
narrat; fortassis legerat illud Genesios, cap. 11,  
4: *Venito, faciamus nobis civitatem et terram, cuius  
calmen pertingat ad cœlum*; Jovemque at ille cum  
aliis Deus quod factu opus esse deliberasse, forsan  
quia illud legerat ejusdem capituli: *Descedit autem  
Dominus et videret civitatem illud et terram, etc. Venire tamen  
descendamus, et confundamus ibi lingam eorum, etc.*  
Citatque Plato Homerum in hanc sententiam de Oto  
et Ethiphalo loquenter, Odyssee lib. 11, vers. 310:*

quem cornibus impedit. Septuaginta legunt: *Et dicitur  
de exercitu exercitus regi, incurrit autem contra eum in-  
justus, id est, inferens injuriam per peccatum*, quod Deum impedit. Quoniam tamen Deus arma-  
tos in seipso est, ipsa natura sua divina, quam nullum  
nulum potest taderi, non enim occidit aut de-  
struit. Ita rem ergo explicat D. Thomas, 1-2, quest. 21, art. 4 ad 1, et quest. 47, art. 1, quem  
theologo sequuntur. Quantum igit ex se est, ita  
homo, cūm peccat, agit contra Deum ac si ei rever-  
noceret; idēque ita ipsius Dei frām provocat, ac si  
Deus documentum recipesset.

Hoc modo illi primus malorum omnium parens, ex  
eius corde et visceribus superbia origine duxit:  
*In cœlum, inquit, concedamus; cum Deo ipso rem  
et congressum sum habutus, supra astra exalteb-  
solum meum, et similiis ero Altissimum, Isaiae 14, 15.*  
Hujusmodi fuit collum superbii Nabuchodonosoris, Bal-  
thasaris, Sennacherib ac aliorum, qui diabolum re-  
gen super omnes filios superbie imitantes. O per-  
versę erectum cœlum, simile non turri Davidis, sed  
turri Babylonis, quam, ut paulò ante dicebamus,  
edificare aggressi sunt superbii filii Adam post  
diluvium. Quod ex ineptissima et maxima su-  
perbia proveniens omnes sancti testantur. Ci-  
vitas enim Babylon congregatio est iniquorum, cui sa

Εντορος γαρ τοιού και ἐνισπάτες θεαν  
Σέργος άτερ μόνος τη γενεσίν ἐνεργειει.  
Οι μὲν οὐλέσαντες πεπάντες, οἱ Όλυμποι  
Φιλόποδα στύπιν πολύσας πολέμειον:  
*Novem enim cùm essent, novem cibitorum erant  
Latitudine: ceterum longitudi erat νοεν υπαριν:*  
Qui etiam immortales minabantur, in Olympo

*Motuors se contentem tumultuost belli.*  
Per gigantes illos intellige superbos qui ipsimet Deo directe helum indicere non vererant. Unde excellenter annotat D. Thomas Boëtii sententiam dicentes: *Cum omnia vita fugient a Deo, sola superbia se Deo ipsi opponit.* Quare optimo superbum descripsi, Eliphaz Themanites dixit: *Tetendit adversus Deum manus suam; cum Deo ipsu voluit manus conserere, et potentiam suam divinâ potestate opponere, et contraire; et contra Omnipotentem roboratus est, otum suum robar colligens contra Deum agere detinendit.* Id quod sequentia manifestis declarant.

Ceterum sicut turris ista, etsi copia sit addicari, non tamen est perfecta, quia Deus adiudicium interrupit, dum edificantum linguis confundit; sic turris superba, que ab hominibus erigitur, nunquam consummatur, quoniam Deus superbus confundit et humiliat, iuxta illud Psalmista, 72, 8: *Deieceritis eos dum allevererint;* id est, dum conabuntur se elevar et exaltare in summam gloriam, dejecti sunt, et demersi in summam ignominiam, et in nihilum redacti sunt, cum omnium admiratione dicentum: *Quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerunt, perierunt, procul recesserunt.*

VERS. 26. — CUCURIT ADVERSUS EUM ERECTO COLLO,  
T PINGU CERVICE ARMATUS EST. (1.) Curreto erecto collo  
domitam quam petulantiamque superbum  
indicat, quomodo dictum est, Isaiae 3, 16: *Ambula-  
vatur filie Sion extento collo;* et, ut exponit Olym-  
podorus, videtur loqui metaphorā sumpta à vitio  
rocaci, qui excusso jugo contra herum stum currit,  
(1) Id est, arroganti et obstinatione in malo. Hac  
solus pars duarum dicitur tyrannus cum pingue-  
tula et gula; et his solis armis tulerunt tyrannos adver-  
sus Deum. (Menochius.)

In Hebreo, *incurrit et in collum*; nempe Deis, aut  
ad mortuum, *Dei immisum*.  
Et *PINGUE CERVICE ARMATIS EST*. In Hebreo, *indemna-  
tus imbone scutorum ejus*, id est, nihil ei proderit ferre  
... *clypeo septempictis orbe*. (Grotius)